B 360113 DUPL

Digitized by Google

17161 M. Calvary 28/- ξcd 02



Digitized by Google

Manzlis

ΜΑΝΕΘΩΝΟΣ ΑΠΟΤΕΛΕΣΜΑΤΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΑ ΕΞ.

MANETHONIS APOTELESMATICORUM

LIBRI SEX.

RECOGNOVERUNT COMMENTATIONEM DE MANETHONE EIUSQUE CARMINE BREVESQUE ANNOTATIONES CRITICAS ADIECERUNT

C. A. MAURITIUS AXTIUS

ET

FR. ANTONIUS RIGLER.

ADDITUS EST INDEX VERBORUM LOCUPLETISSIMUS.

COLONIAE AD RHENUM.

TYPIS ET SUMTIBUS JOANNIS PETRI BACHEMII.

LONDINI: BLACK, YOUNG ET YOUNG.
LUGDUNI BATAVORUM: S. ET J. LUCHTMANS.
PARISIIS LUTETIORUM: TREUTTEL ET WÜRTZ.
VINDOBONAE: F. VOLKE.

MDCCCXXXII.

COMMENTATIO

DE MANETHONE EIUSQUE CARMINE

I.

De codicibus, apographis et editionibus.

Hos Apotelesmaticorum libros primus et solus hucusque edidit J. Gronovius. Is cum Florentiae peregrinaretur, ut ipse narrat in prooemio editionis suae, beneficio Ant. Magliabequii, bibliothecae Mediceae tum praefecti, copiam nactus est describendi codicis Medicei, quod se summa ait cura fecisse: invitatum autem ad id se esse annotatione Lucae Holstenii, a quo haec catalogo adscripta fuissent „scamno 23. inter mathematicos Graecos „praeter duo antiquissima exemplaria Euclidis et Hipparchum in Arati et Eudoxi phaenomena a Petro Victorio „publicatum notanda sunt cod. 27. Manethonis poetae „Aegyptii apotelesmatica libr. 6. carmine heroico scripta, „ad nescio quem Ptolemaeum Aegypti regem, nisi auc„tor antiquitatem mentiatur, quod ex stilo et numeris „coniicere non levi suspicione mihi videor. Praemittitur „Maximi ibidem poetae Graeci liber initio mutilus. Hunc „codicem unum superesse existimo, quod a nemine eorum „commemoretur, qui auctorum indices inscripsere. Ex„emplar minuto et difficili charactere scriptum est, ut „exolescente et fugiente ob nimiam vetustatem atramento „vix legi possit.“

At Gronovius negat praeter notas ac figuras quasdam scribendi, quas codex habuerit, literarum formas lectu difficiles fuisse, nec usquam exolescens se vidisse atramentum, ita ut Holstenius apud se in suspicionem invi-

ut ait, hoc poema Latinis versibus, sed Gronovio eum praevertente hanc curam abiecit. Cum vero in Gronovii exemplo fere quartus quisque versus aliquo vitio laboraret, Phil. Dorvillius hoc carmen editurus erat, sed praematura morte ab opere absolvendo avocatus est. Quae tamen in Manethonis Apotelesmatica egregie commentatus erat, in animadversionibus ad Chariton. deposuit. His igitur Dorvillii bonis, quae postea ab aliis viris doctis adaucta sunt, ut poeta tandem aliquando ipse frueretur, nos novum huius carminis exemplum parare ac divulgare constituimus. Secuti autem sumus in recognoscendo contextu Gronoviano eam rationem, ut scripturam libri Halensis aut coniecturam aliquam vel nostram vel alius cuiusdam viri docti in contextum reciperemus, si summa illius esset probabilitas: intactam autem relinqueremus Gronovianam, si opinatio esset incerta. In annotationibus tamen non dubitavimus, etiam audacioribus suspicionibus nonnunquam indulgere.

II.

Qui operis titulus, quae virorum doctorum de scriptore ipsoque carmine opiniones sint.

Ex titulo, quem suo exemplo praefixit Gronovius, licet coniicere, reperisse eum in codice: *ΜΑΝΕΘΩΝΟΣ ΑΠΟΤΕΛΕΣΜΑΤΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ΕΞ.* Nomen per ε scribi, ipsis ille verbis testatur. Itidem in apographo Halensi scriptum est, in quo libro titulus totius operis deest: singulorum librorum tituli num Gronovianis consentiant, an ab iis discrepent, ex annotationibus nostris nosci potest.

De scriptore horum Apotelesmaticorum magna fuit virorum doctorum dissensio, quia ex veterum testimoniis nihil aliud certi efficitur, nisi fuisse quondam Manethonem Aegyptium, qui Apotelesmatica scripserit: num vero haec Apotelesmatica, neque ex illis testimoniis, neque ex ipso carmine argui potest. Atque Holstenius quidem, ut supra iam commemoravimus, ex numeris et stilo suspicatus est, scriptorem antiquitatem mentitum. Gronovius contra, quoniam scriptor Ptolemaeum regem et Arsinoen nomina-

vit (vid. I. 1. V. 1. 11. et 208.), sibi persuadet, Aegyptium fuisse, literis egregie imbutum, ac vixisse regnante Ptolemaeo Philadelpho. Illud tamen pro certo affirmare non audet, hunc poetam et annalium scriptorem fuisse eundem. Hanc Gronovii opinionem secutus est etiam Alb. Fabricius, qui carminis simplicitatem castamque Homeri imitationem admiratus totius operis eam dicit esse rationem, in qua nihil non conveniat Ptolemaei Philadelphi aetati aut sententiis astrologorum Aegyptiorum. Firmissimum autem argumentum, quo horum carminum antiquitas evinceretur, hoc ei visum est, quod propter progressiones aequinoctiorum, quae nisi magno temporis intervallo diversum sphaerae situm efficere non possent, alia hodie sidera circulis caelestibus a Manethone descriptis secarentur. Philippus autem Dorvillius hunc Manethonem, si et materiae et interpolationis ratio habeatur, non malum poetam esse iudicat; vixisse autem censet eum ante Manilium. Itaque de tempore huius poetae idem fere statuit, quod Kircher de Manethone, qui *φυσιολογικὰ*, *ἀποτελεσματικὰ* et *ἀστρονομούμενα* scripsisse perhibetur, quem Augusti temporibus vixisse autumat. Tyrwhittus contra non modo stilo et numeris, quae quidem a saeculi Ptolemaeorum consuetudine quam longissime abhorrerent, sed etiam rebus argui posse contendit, poema hoc Manethonis nomen prae se ferens ultimis imperii Romani temporibus scriptum esse. Praeterea suspicatus est, libros duos, primum et quintum, *qui soli Manethonis nomen praeferrent*, ab alia et recentiore manu esse, quam reliquos quatuor. Heynius denique in opusculis academ. Tom. I. p. 95. propter ingentem versuum subdititiorum locorumve interpolatorum numerum — nam semet ipsum, cum animo valde remisso legeret, versus insitivos plus quam quingentos ait reperisse — de aetate huius carminis sentit nihil satis certi explorari posse. Res quasdam, quae in eo commemorarentur, spectare ad Romanorum seriora tempora: alias contra Alexandrinum hominem arguere, etsi alia mentirentur antiquam auctoritatem, non proderent. Carminis tamen argumentum nec ab Alexandrinorum ingeniis nec a Ptolemaeorum aetate esse alienum. Cum carmen hoc *διδακτικὸν* sit, non epicum, orationem, si cum Nicandro vel Arato comparetur, non adeo abhorrere, saltem magna ex parte, ab ea elegantia, quam tulerit illud saeculum. Multas autem multorum lacinias assutas esse et permixta deteriora melioribus. Librum sextum ceteris praeferendum. Grae-

cam, non barbaricam sphaeram proponi, docuisse viros doctos: quo nomine Jablonskius dubitaverit, an Manetho Aegyptius scriptor huius carminis habendus sit.

Nunc eas opiniones breviter examinemus. Quod Holstenius se dicit ex numeris et stilo suspicari, poetam antiquitatem mentitum, vellemus, quid sentiret, eum accuratius dixisse. Nam quae aetate Holstenii metrorum erat scientia, necesse fuit, aeque rotundi et politi haberentur numeri Manethoniani, atque Alexandrinorum omnium, nisi forte errores librariorum foedissimos opinatus est profectos ab ipso poeta, syllabicae quantitatis, ut recte ait Dorvillius, observantissimo. De stilo non inficete iudicavit: sed de utraque re paullo infra diligentius dicemus.

Gronovii sententia, Ptolemaei Philadelphi aetate hunc poetam vixisse, et fortasse eundem esse, atque annalium scriptorem, nullo omnino firmatur argumento. Quid enim cogit ponere, Philadelphum fuisse istum Ptolemaeum, quem poeta nusquam ita appellet? Quod vero Arsinoe soror eius eademque uxor commemoratur, id non impedit. Habes enim alteram Arsinoam, Ptolemaei Philopatoris sororem eandemque uxorem: habes tertiam, Auletae filiam, quae patris quidem testamento fratri Ptolemaeo Cypri regi collocata erat. Veruntamen neminem, qui totum locum consideraverit, fugiet, quam inepte hi versus inculcati sint. Id unum recte vidit Gronovius, variam fuisse huius poetae doctrinam et ingenium eius lectione veterum bene subactum.

Fabricius quam vere viderit, multa in hoc carmine extare imitationis Homericae vestigia, apparet, si pauca haec exempla, quae inter legendum nobis occurrerunt, conferas: I, 1. Il. ζ, 193. I, 3. Il. ω, 147. I, 6. Odyss. ο, 407. I, 8. Il. β, 690 et plurib. loc. Odyss. I, 120. Il. σ, 34. I, 129. Il. β, 666. I, 149. Il. ν, 77. I, 179. Il, ι, 537. I, 231. Il. μ, 234. II, 163. Il. ε, 273. II, 256. Il. β, 857. II, 282. Il. ι, 530. II, 308. Odyss. ι, 255. II, 311. Il. α, 151. II, 464. Il. κ, 79. V, 29. Il. ε, 776. VI, 159. Il. ϑ, 291. VI, 347. Il. ε, 273. VI, 361. Il. β, 457. VI, 408. Il. ϑ, 127. VI, 421. Odyss. σ, 195. VI. 519. Il. ι, 366. VI, 733. Il. λ, 270. sed haec sufficiant. Quod vero ad vindicandam Manethonis antiquitatem a circulis caelestibus petit argumentum, id quantum valeat, huius rei periti iudicent. De reliquis idem, quod de Gronovii sententia, dici potest.

Tyrwhitti argumentis, quae ex rebus quibusdam in hoc carmine commemoratis colligit, id tantum probatur, non primorum Ptolemaeorum aetate poetam vixisse, minime vero, id quod voluit, *sub imperio Romano ad occasum properante.* At si ipsi loci, quibus Tyrwhittianae rationes nituntur, supposititii sint? Quid? quod ipse Tyrwhittus libros primum et quintum, ex quibus sua desumsit, totos abiecit ut spurios? quos si dixisset pessime ad nostram aetatem pervenisse, dixisset certe cautius. Cum vero addit, libros primum et quintum solos praefixum habere nomen Manethonis, hoc quid sibi velit, non dispicimus; nam apud Gronovium praeter unum librum secundum ceteri omnes hoc nomine inscripti sunt.

Heynius cum recte senserit, interpolatione frequenti hoc carmen admodum laborare, in eo tamen fallitur, quod putavit, subdititia tam facile posse deprehendi et a germanis discerni. Quod de oratione fecit iudicium, nimis videtur esse ambiguum. De rebus grave attulit argumentum Jablonskii, quo probetur, scriptorem huius carminis non fuisse Aegyptium: speciose etiam ad L. VI. 734. sqq. monuit de edictis principum contra mathematicos: acute denique vidit, sextum librum praestare ceteris. *)

Hactenus de horum virorum doctorum opinionibus: qui etsi in his tenebris aliquid veri viderunt, multum tamen abfuit, ut eam disputandi rationem invenirent, qua, quae ipsi essent suspicati, etiam aliis probarent. Id demum God. Hermanno felicissima ingenii atque doctrinae exsuperantia contigit, qui ab epicae poesis primordiis repetens monstravit, numeri et oratio epicorum quemadmodum paullatim immutata sint. His igitur indiciis, cum de quorundam poetarum aetate nulla esset dubitatio, licuit de ceterorum aetate coniici. Qua via incedens cum Orphicorum aetatem constitueret, etiam Manethoni locum ita designavit, ut cuius princeps Aratus est, poetarum agmen ille cum poeta de viribus herbarum claudat. Manethonem autem vocat (Orph. p. 761.) scriptorem librorum secundi, tertii, quarti ac sexti: nam primi

---

*) Quid apud Zieglerum in libro inscripto „*Neues Magazin für Schullehrer*" Tom. II part. I pag. 99, quem laudavit Groddeckius, de aetate carminibusque Manethonis disputatum sit, nescimus, quia huius libri inspiciendi nulla unquam nobis potestas facta est.

et quinti scriptorem tam rudem dicit atque indoctum esse, ut vix in numero epicorum haberi possit. De hac re infra dicemus: nunc nobis liceat viam, qua incessit Hermannus, repetere ac perscrutari numeros et dictionem Manethonis.

III.

De numeris.

Ac primum quidem de caesura in quarto pede trochaica. Huius caesurae exempla haec in his libris reperimus:

I. 69. τίμην τε φέρουσι μεγίστην.
278. κατὰ μοῖραν ἰοῦσα φαανθῇ:
corrige: νυκτερινοῦ θέματος μοῖραν κατιοῦσα φαανθῇ.
II. 173.* τε καὶ ἔργα τελοῦντας ἀμόχθως:
licet corrigere, nisi aeque displicet spondaeus: ἔργα τε παντοίην τε τελεῦντας πρῆξιν ἀμόχθως.
III. 39* ὀλοὸς δὲ τέκνοισιν ἐτύχθη:
scribe: ὀλοὸς τέκνοισι δ'ἐτύχθη.
42* καί τ' ἐσθλὰ κακοῖσιν ἔμιξεν:
fortasse: κακὰ δ'ἐσθλοῖσιν συνέμιξεν.
123* νυκτὸς μὲν ἀρίστη ἐτύχθη:
in promtu est scribere: νυκτὸς μὲν τύχθη ἀρίστη, sed vide ad II, 173.
IV. 193* φαίνοντι συνὼν ἐπίκεντρος.
scribe: ἢν Φαίνοντι συνὼν Πυρόεις δύνῃ ἐπίκεντρος.
263. κορυφὴν ἐπ' Ἀρήϊον ἔλθῃ:
scribe: κορυφὴν Ἀρήϊον ἔλθῃ, aut κορυφὴν Ἄρηος ἐπέλθῃ.
V. 8. λάλον τὸ μάθημα καθεῦρον.
28. βροτοῖσι τὰ δόγματα θεῖα.
scribe: τὰ δόγματα θεῖα βροτοῖσιν.
62. κατὰ πάντα Κρόνῳ συνοδεύων:
legi potest: μειλίχιος κατὰ πάντα Κρόνῳ Κρονίδης συνοδεύων.
84. σύμφωνα τὰ κέντρα λαχόντες:
lege: σύμφων' ἐπὶ κέντρα λαχόντες.
109. κατὰ πάντα πέφυκε Σελήνη.
fortasse: μήνη κατὰ πάντα πέφυκεν.

---

*) Exempla asterisco notata iam ab Hermanno allata sunt in dissert. de aetate Orphicor.

112. μεστῇ πρὸς Ἄρηα.
142. πολύκοινον ἔτευξεν ἑταίρην: dele augmentum.
234. φιλέοντι δίδωσιν.
274. ἢν Ζηνὶ μόνῳ συνοδεύῃ:
scribe: Ζηνὶ μόνῳ Ἑρμῆς ὅτ' εὔσφυρος ἂν συνοδεύῃ.
276. πολλοῖσι τόκοις ἀναβαίνει.
314. ὥρη δὲ φύσιν διορίζει:
fortasse: ὥρη φύσιν αὖ διορίζει.
VI. 128.* ταραχήν τε γάμοις μετ' ἀνίης.
lege: ἀστασίας ταραχήν τε γάμοις τεύχει μετ' ἀνίης.
330. ζώῳ δέ τ' ὄπισθεν ἰόντι:
scribe: ζώῳ δ' ἐπόπισθεν ἰόντι.
600. ὦκα θέουσα Σελήνη:
lege: δύνοντες Τιτήν τε Σελήνη τ' ὦκα θέουσα, sed vid. ad II, 173.

Ceterum in hoc numero ea huius caesurae exempla ponere noluimus, quae coniectura vel nostra vel alius cuiusdam nata essent. Cum enim aliquando opinaremur Hermannum iniquius in hanc caesuram animadvertisse, atque hanc nostram opinionem Franc. Spitzneri verbis de vers. heroic. p. 13. aliquantulum confirmari putaremus, non tanti hoc vitium duximus, ut ei facilitatem emendandi posthaberemus. Verum enim vero ut iis quoque, qui secus statuant, satisfiat et, si erraverimus, manes poetae placemus, iam proponemus hoc loco, quemadmodum illi ipsi versus nulla cuiusquam offensione emendari corrigive possint.

II. 405. scribe aut ἐόντες γ' aut
καί ῥά τ' ἐπ' ἀντολίαις μὲν ἐῇ νεότητι πέλοντες.
III. 180. lege: τοκέων δ' ἔκμετρον ἔδωκεν.
V. 173. scribe, ut Spitzner v. 261. ὑψώμασιν οὖσα.
216. scribe: ἀνδρῶν ἔργα τέλεσσε συνευνάζουσα γυναιξίν.
311. fortasse legendum: καιροῖσιν πάμπαν, τὸ πλέον δόντες δὲ περισσά.

Huius igitur caesurae apud Manethonem exempla si quis considerat, et illud tenet, quod Hermannus de Cynegeticorum scriptore ad Orph. p. 695. edicit, non emendanda esse apud talem scriptorem haec vitia, tum Manetho nimirum in inferiorem aetatem detruditur: at si, quo beneficio idem Hermannus Quintum Smyrnaeum dignum habuit, eodem scriptor librorum II. IV. VI. III. I. afficitur, et ab negligentiae criminatione et a suspicione serioris aetatis liberabitur. Utrumque vero cadit in librum quintum: sed ne de hoc quidem libro satis tuta est opinatio

propterea, quod huius caesurae exempla locis aut manifesto interpolatis aut foedissime depravatis reperiuntur. Permiro autem fortunae ludibrio accidit, ut liber quartus, qui aliis nominibus pessimus est, hac re ceteris libris fere omnibus praestet. Nihil igitur ex hac quidem caesura de Manethonis aetate efficitur. Ex antiqua autem illa tertii pedis, quae in hoc carmine regnat, caesura apparet, rectissime statuisse Hermannum, ante Nonnum hoc carmen esse conscriptum.

Transeamus ad productionem brevium syllabarum ob caesuram. Huius rei exempla apud Manethonem haec reperiuntur:

I. 142. *ὑπὸ πυρὸς*, ubi nunc *ὑπαὶ*, secundum Holsten. repositum est.

273. *Ἄρεος ἠδὲ:* iam correxit Dorvillius.

322. LH. *ἀκτινοβολίῃσι* et ita etiam IV, 166, sed idem IV, 396 *ἀκτινηβολίῃσι:* contra IV, 421 *ἀκτινοβολίῃσι:* Gronovius constanter *ἀκτινηβολίῃσι.*

332. *θάνατον ὁρόωσι.* Scripsimus *θανάτους*, uti legitur IV, 407. Tuetur tamen illud Spitzner p. 62.

359. *οὐράνιος ἀπλανῶν.* Addidimus *γε.*

II. 71. *παρὰ ποσὶ*, restituit Dorvillius *παραὶ.*

109. *ὃς μὲν γὰρ ὕψου.* Herm. *γάρ θ'* correxit.

177. *δὲ Κρόνος ἐπιὼν*, addidimus *γε.* Potuit etiam scribi *προσιών.*

237. *δῶκεν δὲ λέκτρα.* Addidimus *τε.*

238. *ἐνὶ πολέεσσιν*, sed LH. *ἐνὶ πτόλεσσιν:* unde refinximus *πτολίεσσιν.*

258. *κατὰ πόλιας*, sed LH. *πτόλιας.*

272. *χερσὶν ὀλέκουσ'.* Dorvillius *χείρεσσ'* correxit.

501. *πλήρει ἐπὶ κύκλῳ*, scribendum, ut postmodum vidimus, *πλήρει ἐπεὶ κύκλῳ.*

III. 58. *πάτρ' ἐνὶ μεγάροισιν.* Nunc ibi legitur *πατρὶ ἐν*, scilicet voluimus *πατρὶ ἐνὶ*; illud excidit nobis invitis, sed parcendum etiam fuit apostropho.

233. *ὅσσα δ' ἐπιλέξωσι.*

390. *παρὰ λεχέεσσι.* Iam Herm. emendavit.

411. *ἐπὶ μοίρῃσι.*

418. *περὶ μοίρῃσι.*

IV. 82. *ἔτι συνέεσσι.* Scripsimus *ἴδ' ἐν συν.*

106. *ἀβλαβέως οἴκων.* Herm. *ἀβλαβέως.* Nos intactum reliquimus non modo, quod vocabulum plurium esset syllabarum, sed etiam, quod sententiae distinctione productio adiuvaretur.

358. *πόρνας καὶ τριβάδας ἀνδρόστροφα.* Iam correxit Herm.
374. *ἐλευθέριον ἕξει.* Scripsimus *ἐλευθερίης.*
467. *πυρσοτόκος ἴδ' ἐλ.* Emendavimus *πυρσοτόκος θ' εἰλιξοπ. τ. σ.*
564. *ἀθεσμόφαγος, ἀτράπεζος.* Transpositione mendum expulit Herm.
598. *Κρόνος Ἄρης.* Correximus *Κρόνος τ' Ἄρης τε.*
V. 11. *κάματος οὗτος.* Addidimus *γε.*
26. *κάματος εὐσυνθέτῳ.* Transpositione locum sanavimus.
28. *ῥίζα φύσιος.* Scripsimus *ῥιζίς.*
42. *ὅτ' ἂν ἐπίκεντρα.* Reposuimus hic et v. 76. *ἐπὴν.*
45. *ἀργαλέος, ὑπὸ.* Vide ad IV, 106.
110. *Κρόνον ἐπὶ.* Scripsimus *Κρόνον γ'.*
201. *κλινηδὸν ἐπέρηξε.* Coniectura mendum sustulimus.
202. *Κρόνος ἰσομοιρήσας.* Emendavimus. Potuit etiam scribi, *μή σε Κρόνος λαθέτω ἰσομ.*
217. *Κρόνος ὁπότ' ἂν.* Correximus *Κρόνος μὲν ἐπὴν.*
229. *μέγαν ἐπιμήκεα.* Scripsimus *μέγαν, περιμήκεα.*
245. *πινυτὸν ἐν γυμν.* Versus corruptus.
270. *φύσις. ἡ δ' αὖ φύσις.* Distinctione maiori quodammodo excusatur; at non inepte *γε* addi potest.
330. *στεῖρα λοχός.*
VI. 100. *εὐτραφέες, ὁπόσοισιν.* Sententiae ratio postulat, ut *τε* adiiciatur.
296. *ἐνὶ γενέθλῃ.* Correxit Herm.
427. *Κύπρις ἑτέροις.* Emendavimus.
646. *δόντες ἀπάμερσαν.* Correximus.

Apparet igitur, numero huiusmodi exemplorum Manethonem nihil fere ab Alexandrinis differre. Atque horum exemplorum nonnulla scribarum errore nata sunt: alia sunt similia eorum, quae apud optimum quemque Alexandrinorum inveniuntur, et ex iis exemplis quidem apud Manethonem pariter, atque apud illos, alia sunt eiusmodi, quae omnem medicinam respuant; alia contra facillime emendari possunt. Quas in emendando rationes secuti simus, quisque facile intelliget. Illud vero vix opus erit monere, ne singulos quidem huius carminis libros hoc nomine adeo differre, ut de diversa eorum aetate certi quidquam statui possit.

Ceterum corollarii loco iuvat apponere sollemnes illas brevium syllabarum productiones, ut *ἀενάοιο* I, 207. *ἀθανάτοισι* I, 127. 198. *ἀθανάτων* VI, 437. 471. *ἀπαιδίην.* VI,

239. *διαμελεϊστί* VI, 42. *δυσοσμίη*. IV, 270. *θυγατράσιν*. VI, 159.

Dicamus nunc de hiatu.

I. 16. *Ἄρεα, Ἑρμέα, Ζῆνα*. Fortasse scribendum: *Ἠέλιον, Μήνην, Ἑρμῆν, Κρόνον, Ἄρη, Ζῆνα*.
97. *ὑπὸ αὐγαῖς*. Correxit Spitzn.
106. *Κύπρις καὶ Ὑδροχόῳ*. Vid. annot. crit.
141. *γαίης καὶ εὐρείθροις*. Vid. annot. crit.
171. *καὶ ἀργαλέαις*. Nescimus, quo casu factum sit, ut non *οὐλομένῃσι* aut — *μέναις τε καὶ* scriberemus.
178. *ἐγκλήματα ἢ σίνος*. Iam corr. Spitzn.
187. *ἀνηλέϊ ἤ*. Corr. Spitzn.
198. *ἴσχεο. οὐ γάρ*.
203. *Ἄρη καὶ Ἑρμῇ*. Correximus.
204. *καὶ Ἠελίῳ*. Vid. annot. crit.
282. *κερόεσσα ἐπ'*. Correximus *καθ'*
321. *Κρόνου καί*. Correximus; potuit etiam *τε* addi.

II. 67. *οἵ τέ οἱ ἀκροτάτοισι*. sic correx. Herm.
117. *τὸ δέ οἱ*.
121. *τόξου ἄγχι κορώνης*. Fortasse scribendum: *μέσον τόξου τ' ἄγχιστα κορώνης*.
161. *ἀμφὶ ἔθεν*. Correx. Herm.; nos paullo aliter atque ille.
172. *πρὸς δ' ἔτι ἀργαλέους καὶ εὐτόλμους*, Correx. Herm., sed vid. annot. critic.
228. *δήμου ἡγητῆρας*. Mallemus nos scripsisse *δήμων*.
256. *ὅτι ἀργύρου*. Corr. Herm.
274. *τεύχει καὶ ἐκ*. Debebamus scribere *τεύχει τε καὶ ἐκ*.
281. *ἀλόχοις καὶ αὐτῶν*. Scribendum erat *ἀλόχοισι καί*.
297. *πυκνὰ ἔχοντες*. Sic restituit Dorvill. pro vulgato *πυκνά τ'*.
301. *ἀθεμίστια ἔργα*.
309. *διδοῦσι ἅ*. Iam correx. Herm.
333. *εὐρύθμιον εὕρετο ἄνδρας*. Vid. annot. crit.
349. *αὐτοῦ, ὡς καί*. Fortasse scribendum *αὐτοῦ θ'*.
364. *φθείρει Ἠέλιον*. Fortasse *φθείρει ἐπ'* vel *ἐς Ἠέλιον*.
379. *ἐνὶ οἴκῳ*.
393. *βασιλῆα ἔθηκεν*. Correxerunt Dorvill. et Herm.
461. *Ἑρμείαο ἀποῤῥέῃ*.
470. *ἀπηνέα ἔργα*
473. *συνιοῦσα ἀποῤῥ*. Corr. Dorvill.
484. *ὑπείροχα ἔργα*.

III. 231. *ἄπειρά τέ ἐστι*. Corr. Herm.
314. *ἐπιμαρτυρίαις τάδε ἔρδει*. Correxit idem.

337. *αἰσχρὰ ἔτλησαν.* Corr. Spitzn.
386. *ὁππότε οὖν.* Corr. Herm.
IV. 60. *τεύχει καὶ εὐμούσους.* Addidimus *τε.*
76. *τεύχει καὶ ἀχρήεντας*: addi debebat *τε*, (vid. ad I. 171) veluti v. 118. 445.
79. *τῇ δὲ Ἄρης.* Correximus secundum scripturam L.H.
215. *μεροπήϊα ἔργα.*
230. *διαλαμπάδα ἀκτῖνι.* Vid. annotat. crit.
279. *μεμετρημένα ἔργα.*
294. *Κυθήρῃ Ἀρεϊ βαίνει.* Poterat etiam scribi, *Κυθήρῃ βαίνει Ἀρηϊ* vel *Κυθηριὰς Ἀρεϊ βαίνει.*
358. *ἀνδροστρόφα ἔργα.*
V. 38. *ἐνὶ ὥρῃ.*
40. *ἐνὶ οἴκοις.*
42. *τούτων δὲ ἕκαστος.*
65. *τεύχει καὶ ἐν.* Addidimus *τε*, ut v. 178.
67. *ἐγκλήματα, ὕβριν.* Reposuimus *ἐγκλήσιας.*
71. *δηλοῖ καὶ ὀψίτυχ.* Adiecimus *τε.* Ita enim apud Manethonem hic illic haec particula posita est, ut IV, 31. 233.
79. *ὅτε οἱ.*
145. *γένοιτο ἰοβλέφαρος.* Vid. annot. crit.
146. *ἰδὲ ἱεροφ.* Correx. Spitzn.
155. *ἢ ἴχθυσι.* Correximus, sed vid. Spitzn. p. 108.
159. *ἅμα Ἑρμάωνι.* Vid. annot. crit.
173. *ὑψώματι οὖσα*, et ita etiam vers. 261. Vide, quae de his versibus paullo supra in sectione de caesura diximus.
194. *καπρίοιο ὑφίσταται.*
218. *μεσουρανέοντα ἄνωθεν.* Correximus.
238. *καὶ ἐν.* Correx. *ἠδ' ἐν*; poterat etiam scribi *καὶ ἐνὶ ξείνῃ.*
252. *δὲ Ἄρης*: sic Gr., at in LH· legitur *δ'.*
260. *ἐνὶ οἴκῳ.*
285. *καὶ ἦν.* Vide Addenda.
301. *καὶ εἰς.* Scripsimus *ἠδ'.*
318. *ἀσχήμονα ἔργα.*
322. *ἠΰτε ἔργα.*
325. *ἔστε ἄτεκνος.* Vid. annot. crit.
VI. 25. *καὶ ὅσσοις.* Correximus.
57. *ἦν δὲ ὅλως.* Correximus.
122. *Φαέθοντι ἀριγνώτῳ.* Corr. Herm.
208. *γένοντο ἰδ' αὖ.* Vid. annot. crit.
210. *καὶ ὕβριας.* Addidimus *τε*, ut v. 536.

296. ἀεικέα ἔργα.
298. ἑκοντὶ ὠμὰ. Correximus secundum Lobeck. ad Phryn. pag. 5. Fortasse scribendum ἑκούσιοι.
439. σὺν δὲ Ἄρηϊ K. καὶ ἅμα ἠελίῳ. Vid. annot. crit.
495. κατὰ ταὐτὸ ἢ ἀντιπέρην. Vid. annot. crit.
656. κατὰ ἄστυ.
685. θέσφατα εἰδώς.
717. ὁρῷντο ἢ. Correximus.
751. μούσῃ καὶ αἰθ. Correximus.

Itaque etiam eo, quod ab hiatu petitur, argumento non efficitur, Manethonem infimae aetatis esse. En vero iterum fortunae lusum, bonos, ut Symposius ait, evertentis, et improbos erigentis, si hiatu singulos libros taxabis, libros V, II, VI, libris I, IV, et III, antiquiores habere cogeris. Quid? quod si ad illud hiatus genus, de quo Herm. ad Orphic. p. 770. et Wernick. ad Tryph. p. 481. dicunt, iudicium de aetate librorum moderaberis, etiam sic ille liber quintus omnium evadet antiquissimus? Nam in ceteris libris talis hiatus rarus, in hoc libro satis frequens est.

Nunc de correptione attica: sed quoniam omnia, quae in singulis Apotelesmaticorum libris insunt huius correptionis exempla recensere longum est, nec ad propositum videtur esse necessarium, liber autem minimus i. e. quintus constat 340. versibus, huius libri exempla quantum fieri poterit, perlustremus omnia; reliquorum vero librorum ea tantum, quae primis quibusque 340. versibus continentur. Hoc modo quae sit in Apotelesmaticis huius rei ratio, et quae singulorum librorum inde efficiatur aut aequalitas aut diversitas, satis appariturum esse speramus.

Itaque singula singulorum librorum exempla secundum literas digesta contemplemur.

βρ. I, 5. 6. 189. 303. II, 16. 199. 211. 222. III, 1. 45. 51. 62. 92. 247. 268. 291. IV, 3. 27. 99. 113. 141. 154. 158. 168. 275. 312, lege ὑβριστούς. V, 28. 101. 127. 133. 199. 262. 281. VI, 19. 41. 92. 115. 340. Longe maior numerus eorum exemplorum efficitur vocabulis βρέφος et βροτός, ut mirari liceat, cur poeta maluerit glandibus vesci, quum praesto essent cibi saluberrimi. Nam leni vicinorum verborum mutatione si illis locis pro βρέφος et βροτὸς scripsisset τέκος et θνητός, hoc vitium evitasset.

γρ. I, 87, sed ibi saltem παρύδροισι scribi aut παρ' om-

nino abilici potest. II, 287, legesis *δὴν*. 305. III, 97, lege *καλάμου τε γραπτῶν*; sed idem ferre debebis v. 323, nisi admiseris hanc verborum transpositionem sane audaculam: *ἢ ἐρίτιμοι γραπτῶν ἰδμοσύνῃσιν ἀγακλ.* IV, 75. 233. 246, fieri potuit, ut hoc vocabulum et totum id genus synizesi pronuntiaretur. V, 239. 242. 339.

δρ. I, 59, lege *μυστηρὶ ἄγουσιν* et sic VI, 533. *ἐφημένη-ῥέζει.* 84. 155. II, 69. 223, lege *βασιλεῦσι συνέδρους.* III, 6, lege *ἃ δρῶσιν.* 331, potuit scribi *γίγνονται ἀνάφανδα τάδε δρῶντες μεγατόλμως.* IV, 186. 212. 231, lege *ἢ δρόμον αὖ ἰσόμοιρον.* VI, 119. lege *δρῶσι δὲ τοῦτο.*

θρ. II, 227, dele *συν.* 271, scribe *ἐπάγουσιν ὀλέθρους.* III, 244, fortasse *ἀντιπέρην ἀθρήσας.* 327. 285, lege *τοῖςδ' ἀθρ.* 291, lege *ἐθρέψατο.* IV, 104. V, 44, fortasse *ἄλλος ἐςαθρῇ.* 45, scribi potuit *θραύει ὑποβάσκανον ὄμμα.* VI, 58. 60, lege *καὶ Κρ. ἀντιπέρην ἀθρ.* 184, lege *ἐξαπίνης λάθρῃ πρὸ γάμου ἐγένοντο γυναῖκες.*

κρ. I, 107. 108. 110. 119, lege *καὶ καρτερὸς Ἄρης.* 129. 153. 203. 235. 250. 256. 263. 271. 320, lege *πικρῆς μοίρης λείψουσ' ὑπ' ἀνάγκ.* 291. 303, lege *σοφίῃ δέ τ' ἀρίστους.* 321. 327. II, 47. 157. 170. 177. 184. 315, lege *δὴν κρίσιας.* III, 30. 130. 138. 156. 158. 327. IV, 20. 47. 62. 140. 141 (vid. ad I, 303). 176. 178 (vid. ad v. 141) 192. 203. (vid. ad v. 141). 215. 249. 290. 309. 314. V, 49. 54. 61. 62. 90. 92, scribi potuit: *καὶ πικρῷ γλυκερὴν χειμῶν' ἐπέχ. γαλήνην.* 102, lege *πικρὴ δ' ἡ Παφίη.* 110. 115. 177. 178. 198. 202. 217. 226. 318. 326. 334. VI, 60. 76. 135. 158. 161. 265. 266. 272. 273. 302.

πρ. I, 30, quam facile poterat scribi *Παφίης.* 45, at ibi *δὲ* fortasse delendum. 121 (vid. ad v. 45). 246. (vid. ad v. 30). 256, lege *Κύπρις μέση.* 72, at scribi poterat *παρέχουσιν ἐς ἀνέρας.* 276. 329, lege *πρῶτον γενετῆρα.* II, 125. 180, lege *δήμοις Κύπριν.* 225, lege *παρέδρους.* 252, lege *παρ' οἴκους.* 314. 317, scribi poterat *ἱεροῦ ὑποφήτορες.* III, 25. lege *ἥνπερ πρῆξιν.* 51, lege *συνάπτει.* 216, lege *τεύχουσιν ἐπ' οἴκ.* IV, 59. 160. 173, fortasse *τ' ἀναφαίνει.* 180, transpositione sanari potest. 221. (vid. ad v. 173). 227. (vid. ad. II, 317). 286, fortasse *Ἄρῃ Κύπρις ἅμ' ὀφθῇ.* V, 3. 110. 119, lege *θείαις ὑποφήτας.* 194. 269. 319. 335. 336. VI, 14. 242, lege *Κύπρις δ' ἦν μὲν.* 269, aut transpositione aut *Παφίης* substituendo tolli potest correptio.

τρ. I, 13. 38. 122. 161. 199. 236. 241. 310, lege *καί τε*

**

ϑυρῶν. 312. 319. II, 40. (vid. infr. ad litt. *κλ*.); III, 9. 12. 58. (vide supra de hiatu). 89, 99. 119, deleto *κέντρον* lege *πατρώϊον*. 122. 192. 196. 234. 235. 244. 270. 279. 281. 283. 290. 292. 295. 298, lege *ἢ*. 305. 330. 337. IV, 1. 2. 37. 86. 129, synizesi tolli potest. 144. 179. 235. 266. 273. 279. 295. 313. 325, *τε* delendum. 340. V, 47. 89, scribe *ἤ*. 227. 238. 241. 273. 278. VI, 8. 19. 25. 31. 63, scribe *ἅταρ ἐκ πατρὸς ϑετοὶ οἴκων*. 109. 112. 149. 152. 159, lege *πανάϑεσμος ϑυγατέρεσσι πατὴρ ξυνὸν λ. εἰσαναβαίνει*. 170, fortasse *εἰ δὲ γυναικὸς ἔοι γεν., πατρῷον ἐς εὐνὴν—*. 189. 269. 278.

φρ. I, 91. (vide de pentam.). 122. 127. 235. 262. 160, lege *ἤ*. II, 161. 168. 256. (sed vide Add.) 313. IV, 54. 99. 121. 225. 232. 283. 317. V, 77. 105. 202. VI, 162. 287. 307, lege *πῶς ἂν φράσσαιο*.

χρ. I, 47. fortasse pro *ἄχρι* legend. *ἐπί*. 49. 188. 221. (vide annot. crit.). 248. II, 119, fortasse *γούνων ἔπι*. 299. III, 135. 136. 243, scribi poterat *μέχρις πυμάτου*. IV, 21. 66. 102. 165, scribi licuit *νῦν δέ τέ με χρέω*. 261, scribe *κελαινοχρώς τε*. 330. V, 22. 23. 248. 308. VI, 16. 311, lege *δὴ χρεὼ πρῶτα φράζ*.

βλ. IV, 235, scribe *ἐν ἀλλοτρίοις βλαβέεσσι* et lib. I, 356, fortasse *στοναχὰς βλάψεις ϑ'* restituendum. IV, 236. 303.

γλ. IV, 184.

ϑλ. II, 142. 284. In his omnibusque eiusmodi locis substituendum *γενεή*. III, 114. IV, 101. VI, 170. 213. 296.

κλ. I, 92. II, 40, lege *χειμερίη κύκλου τροπῇ*. 43, lege *κύκλοι τέμνουσι δύ' ἄξονος*. IV, 167. VI. 239.

πλ. I, 4. 218, scribi potuit *πλοῦτος Διός ἐστι*, II, 299. III, 37, lege *μίτραις*. 122, lege *πλάζει ϑάμ' ἀλ*. 232. 238, lege *πλούτῳ δ' ὑπ' ἀπείρονι κοσμεῖ*. IV, 9. 67, deleto *καὶ* scribe *ἀπλάτου δόξης*... 82. 107. 162. 182. 222. 249. V, 282. 311.

τλ. III, 144, scribi potuit *τλαίη ϑάμ' ὠνίην*. 162, lege *τοῖς*. V, 231.

χλ. IV, 184, lege *μάχλων*. 315. V, 23. fortasse *ὡς κόχλος*. 24, lege *κόχλοισιν*.

γν. V, 338.

ϑν. II, 195. 207. 248, sed hic synizesis. III, 318, (vide ad II, 248). IV, 71. 117. 142. 209. 217.

κν. I, 48, repone *τόκοις*. 71, est synizesis. 197, lege *ἦλϑε*. II, 80 lege *κνήμην δέ τε λαιήν*, aut dele *δέ*. 179, synizesi defendi potest. III, 26, (vide ad II, 179). 39,

lege *τέκεσσιν*. 43, lege *τεκέων* aut *τόκων*. 171. 313. IV, 86. V, 82. VI, 229. 239. 241. 305.

πν. IV. 302.

φρ. VI, 198, scribe *ἄφαρ*.

χν. I, 288, lege *τέχνας αὐχήσουσι πυρὸς* vel *αὐχήσουσι πυρὸς τέχνας*. III, 100, lege *πολέσιν δὲ χερῶν ἠρμ. τέχνας*. IV, 123, (vide ad I, 288). 191. 203. 236. 269, hic *τε* deleri potest. 277. 332.

κμ. IV, 10.

ζ. I, 16, scripsit Gr. *Ἑρμέα, Ζῆνα*, sed vide annot. crit. et Add. IV, 81. 217, sed est synizesis. V, 133, lege *ϑωὴν*. 316, habet aliquam excusationem a nomine proprio, sed legesis *σὺν Ζηνί*. 338, aliqua ex parte interpunctione mollitur.

Ex his apparet, libros primum, secundum, tertium, quintum, denique sextum, quod attinet ad correptionem Atticam, non adeo inter se differre: quartum his esse deteriorem multo. Longe autem plurima exempla efficiuntur littera *ρ*: non pauca iis verbis constant, quae aut omnino sua natura aut certe ea forma, qua poeta uti voluit, hexametrum, quin violetur positio, non ingrediantur. Permulta porro exempla efficiuntur nominibus propriis et vocabulis, quae ad hanc disciplinam pertinent. Non exiguus denique exemplorum numerus ita comparatus est, ut veteres epici aut ea ipsa verba, quae in Apotelesmaticis more Atticorum correpta inveniuntur, aut eorum primitiva aut composita aut derivativa hac correptione usurpaverint.

Ceterum nonnulla exempla probabili emendatione nobis videmur sustulisse: aliae emendationes sunt illae quidem audaciores, nec tamen propterea eas proposuimus, quod putaremus, eas in contextum, quem aiunt, esse recipiendas, sed ut ostenderemus, quam facile fieri potuerit, ut scribae id genus vitiorum carminibus inferrent. Certe quae exempla littera *ζ* efficiuntur, ex hoc fonte manasse nobis persuasum est.

Priusquam ad reliquas huius commentationis partes pergamus, operae pretium erit, videre, quae sit ratio huius correptionis apud unum Alexandrinorum eodem de genere poetam, Nicandrum, et apud Maximum, qui in ea ipsa disciplina, in qua Apotelesmaticorum scriptor, versatus est: deinde apud heroici generis poetas eosdemque recentiores, Quintum et Orphicorum scriptorem, ut intelligatur, quae sit inter eos, quos modo diximus poe-

tas et Apotelesmaticorum scriptorem similitudo aut differentia. Itaque pro nostro instituto etiam apud hos scriptores haec quaestio intra 340. versuum terminos subsistet.

βρ. Nic. Alexipharm. v. 23. 137. 216. 221. 226. Max. 4. 146. 153. Orph. Argon. 5. 16. Quint. L. XI. 41. 93. 250.
γρ. Nic. 91.
δρ. Nic. 50. Orph. 21. Quint. 74. 86.
ϑρ. Nic. 55. Max. 24. 35. 49. 157. Orph. 29. Quint. 14. 221. 235.
κρ. Nic. 9. 242. 252. Max. 247. 305. Orph. 54. Quint. 112. 160. 194. 257.
πρ. Nic. 17. 273. Max. 37. 313. Orph. 8. 19. 30. 31. 80. 103. 282. Quint. 293. 297.
τρ. Nic. 219. 246. 327. Max. 32. 51. 324. Orph. 21. 66. 69. 87. 161. 234. 266. Quint. 65. 174. 212. 222. 226. 294. 327. 329.
φρ. Max. 173. 249. 326. Orph. 30. 309. Quint. 289.
χρ. Nic. 76. 155. 202. Orph. 328.
βλ. Nic. 2. 306.
γλ. Nic. 142. 237. 299. Max. 11.
ϑλ. Nic. 316.
κλ. Nic. 34. Max. 137. 181. Orph. 24. 133. 140. 327. Quint. 60. 287. 313.
πλ. Max. 134. Orph. 26. 209.
φλ. Nic. 214. Quint. 192.
χλ. Nic. 226. Orph. 201. 240.
κμ. Max. 302. Orph. 12.
τμ. Nic. 301. Max. 166. 317. Orph. 6. 68.
κν. Nic. 251. 252.
πν. Nic. 190. 286. 316. Orph. 298. *)

Iam vero intelliges, quod ad Atticam correptionem attinet, Orpheo Quintoque libros Apotelesmaticorum praeter unum quartum non esse peiores, si quidem ab illis heroicorum carminum scriptoribus maior in hoc genere diligentia exigi potest. Nicandrum Manetho hoc nomine etiam superat, Maximo cedit.

Restat, ut de rebus quibusdam prosodicis dicamus. *Καλὸς* correpta priori syllaba in libris Apotelesmaticorum legitur primo et quinto. Id si omnium consensu indicium esset aetatis, nec alia apparerent vestigia, ex quibus de aetate horum librorum coniicere liceret, facili negotio ab hoc possent vitio defendi. Nam I, 96. quid

*) Nonnulla horum exemplorum iam ab Hermanno V. S. ad Orph. videbis allata.

impedit, quominus corrigas: *πάντας ἀπ' Ἠελίου καλὸν φυγέειν, οὐ δ' Ἄρην*, et 256. *Ἄρεος ἠδὲ Κρόνου μέσση Κύπρις κακοεργός.* Dein I, 354. lege *ψυχρὸς ἐὼν θερμοῖο μολὼν τόπῳ αὖ κακοεργός*, quamquam omnino hic versus nobis suspectus est (vid. V, 60.). V, 46, deleto vocabulo *ἀστὴρ*, quod glossa natum esse admodum est verisimile, scribe *οὕτως ἀργαλέοισιν ἐποίσεται ὄμματα καλός.* In versu 105. ulcus apertum est; sanavimus id aliqua ex parte; reliquimus istud *καλὸς*: at etiam haec macula facile abstergi potest; lege: *οὐ καλὸς μὲν Ἄρης, ἣν ἐμβαίνῃ Ἀφροδίτῃ.* Res monet alterius versus Hesiodei, quem attigit Hermannus: etiam inde sublato glossemate vitium tollitur: scribe *παρθενικῆς εἶδος μάλ' ἐπήρατον, αὐταρ Ἀθήνην.*

Ἵδρυσε correpta littera *υ* legitur III, 80. quam correptionem vix apud Nonnum ferendam sententiae causa correximus.

ὕδωρ, quod libr. VI, v. 424. prava prosodia reperitur, tangere non ausi sumus, quoniam repudiata mala illa caesura sanari nisi audaciore coniectura non potuit. Licet enim scribere: *Κοσμῆται κηπῆες ὕδωρ ἄντλοις φορέοντες.*

Ἄρης apud Manethonem multis locis etiam in thesi productum reperitur, ut I, 98. 119. 245. II, 170. 266. III, 163. 329. IV, 79. 598. V, 181. 252. VI, 176. 572. 748.

Ἴσος VI, 56. in thesi productum correximus flagitante sententia: sed finge scripturam *ἴσον* probam esse, quam facile poterat *μεγάροισιν* scribi. Fortasse etiam *ἰσόζυγι* apud Nonnum addita praepositione, *ἐπ'* vel *ὑπ'* ad communem epicorum usum revocare licet. Quid vero fiat voce *ἰσώνυμον* apud Nicandrum Theriacis?

Δίκηλος IV, 621. et VI, 237. apud Gronovium correpta prima legebatur: sed utroque loco sententiae causa *τε* erat expellendum.

Πληθὺν libro VI, 308. servata ea, qua veteres utebantur, mensura legitur.

Denique quo vitio correptae *αι* syllabae ante consonantem ex Bentleii inde temporibus ceteri scriptores, eodem etiam Manetho tum Dorvillii tum aliorum nostrisque emendationibus liberatus est. (Confer. II, 112. 201. 415. IV, 390. V, 27. 28. 61. 139. 191. 257. 340. VI, 152. 307. 485.)

Quoties omnino prosodiaca errore librariorum apud Manethonem depravata sint, licet videre ex ingente locorum hoc nomine vitiosorum segete, cui demetendae postquam Dorvillius aliique viri docti falcem admoverunt,

nos quoque spicilegium nobis videmur non frustra fecisse. Conf. I, 24. 41. 96. 168. 327. 335. 355. II. 3. 10. 31. 37. 42. 49. 83. 94. 106. 108. 110. 120. 204. 216. 224. 231. 232. (LH.). 264. 279. 290. 297. 299. 324. 359. 374; (ubi pro ἴδ' Dorvillii fortasse magis placebit ἤ). 382. 405. 422. 428. 433. 434. 435. 455. 472. 485. 487. III, 10. 41. 80. 89. 105. 124. 158. 180. (vid. de caesura). 188. 194. 214. 217. 258. 351. 397. 417. 419. IV, 6. 50. 173. 177. (LH.). 188. 195. 210. 212. 230. 255. 305. 325. 383, 398. 455. 481. 598. 626. V, 5. 8. 12. 31. 63. 78. 105. 112. 115. 124. 140. 141. 142. 147. 163. 164. 169. 177. 181. 182. 190. 194. 195. 200. 201. 209. 214. 216. 221. 222. 245. 262. 273. 310. 311. 312. 319. VI, 45. 59. 62. 70. 79. 105. 118. 137. 172. 176. 185. 240. 308. 346. 395. 399. 419. 433. 439. 460. 498. 538. 596. 662. 665. 688. 701. 737.

Permirum est, reperiri in libris I. et V. versus elegiacos hic illic hexametris interpositos; quod idem Tyrwhittus exagitat. Confer. I, 37. 76. 91. 99. 114. 124. 128. 152. 159. 175. 209. 211. 336. 345. 348. 349. 352. 361. V, 55. 292. At vero si quis animum inducere possit, ut credat, tam absurde numeros ab ipso poeta esse perturbatos, tamen cum ex iis, quae hactenus explicata sunt, appareat, quam religiose in his libris prosodiae praecepta servata sint, id certe intelliget, tales pentametros fieri non potuisse ut idem scriptor effunderet, quales sunt I, 348. V, 292.

Quam facile autem nonnulli heroici versus in elegiacos commutari potuerint, monstrat insigne illud exemplum, quod extat V, 310., ubi deleto *διὰ* perfectum pentametrum habebis. Verum tota res nobis quidem tam inepta videtur, ut Trimalchionis tantum Petroniani temulentiae (Satir. p. 14. ed. Lotich.) aut inficeto cuidam sepulcralis inscriptionis auctori, qualis est apud Jacobsium in Wolfii Analect., I. p. 104. eam condonare possimus. Sed si insititios esse hos versus statues, nonnihil difficultatis eo creabitur, quod hic illic versus elegiacus secum trahet ruinam unius alteriusve proximorum versuum. Nonnulli sane sunt versus elegiaci, qui commode abesse possint, ut I, 114. 128. 152. 349. Veruntamen suspenditur de hac re sententia etiam propterea, quod versus elegiaci facillime in hexametros transformari possunt, ut tutius sit statuisse, corruptela hos versus natos esse: exempla emen-

dationis suis locis proposuimus: unum est, quod retractemus, L. I, v. 211. nunc ita scribere placet:

οὐκέτι τὴν αὐτὴν ἐντὸς κατέχει δύναμίν γε,
vel *οὐκέτι τὴν αὐτὴν δύναμίν γ' ἔχει ἐντὸς ἑαυτῆς.*

IV.

De dictione.

Oratio in hoc opere non est aequabilis: simillimi sunt eo nomine libri II. III. et VI., et pari modo libri I. et V.; in quibus quae cernitur sermonis discrepantia, efficitur interpolatione potissimum, in libro quinto multo magis foediusque grassata, quam in libro primo. Peculiare quoddam dicendi genus regnat in libro quarto: qui tamen, id quod memorabile est, cum uno libro primo non modo plura vocabula, sed etiam totos versus leviter immutatos habet communes. Orationis conformatio in omnibus libris minime perplexa ad simplicitatem sermonis epici plerumque accedit. Verborum compositorum cum magna sit in omnibus libris copia, tum tanta in libro quarto, ut etiam hac re ille liber cum ceteris comparari nullo modo possit. In hoc igitur genere scriptor facultatem quandam ostentavit, saepe tamen praeter necessitatem et ultra modum hoc artificio usus est, ita ut nonnumquam verbi vis fieret obscurior, oratio quaesita et inflata, numeri inelegantes. Scilicet novitatem insolentiamque verborum ad amplificandam argumenti tenuitatem aucupatus est. Ex eodem fonte manavit, qui hic illic aures pulsat, sententiarum strepitus, nec tamen negari potest, in tanta rerum, quae his libris tractantur, similitudine et ieiunitate haud infeliciter poetam elaborasse, ut varietatis iucunditate oratio perfunderetur. Maxime autem tumida et impedita est oratio in prooemiis libr. quinti, quarti et primi: sed librorum primi et quinti prooemia nata videntur interpolatione, qua praeter quartum vix ullus ceterorum librorum plane vacat.

Ut ad ea, quae Manethonis propria videntur esse vocabula, orationem referamus, habes illa in indice verborum ipsa typorum forma ab aliis distincta; sunt autem non modo composita, sed etiam derivativa, et saepe co-

rum insolentia inde orta est, quod Manetho ab ea compositionis flexionisve ratione discessit, qua in iisdem verbis alii scriptores usi sunt. Saepe etiam nihil aliud effecit, ut vocabulum quoddam in Manethonianis numeraretur, nisi praepositio ei adiecta.

Placet quaedam huiusmodi exempla afferre, ut *τρισέλικτος*, *νυκτοπλανής*, tum *ἐγγάστριος*, *ἀπόκεντρος*, *ἐπασχάλλω*, *ἀμφιθοάζω*, *ἀποφθεγκτήρια*, *διαποιμαίνω*, *συναλώμενος*, *συνεξολισθαίνω*, *ὑπερορμαίνω*, *περιπορφύρω*, *ὑποβάσκανος*. Eodem pertinet totus grex illorum, quae syllabis *ηρ*, *ωρ*, *ης*, *ος*, *ευς* finiuntur, ut *πρωτάρχης*, *κακοεργὴς*, *ἀβρόκομος*, *ἀνδροφονεὺς*, *προφήτωρ*, *καθαρτὴρ*, *κωμάστωρ*, *μιμήτωρ*, *ναυπηγὴς*, *νήκτωρ*, *πελημήτωρ*, *ταριχευτὴρ*, *τεύκτωρ*, *φρυκτὴρ*, *χερνήτωρ*, *ψευστὴρ*, alia.

Omnino vocabula, quae Manethoniana vocantur, pleraque omnia ita sunt formata, ut nihil consuetudini veterum adversentur. Quae tamen nobis videntur notatu digna, haec sunt. In libro primo *ῥαιστοτύποις*, pro quo flagitet quispiam *ῥαιστηροτύποις*: at poeta a *ῥαιστὴς* illud videtur duxisse et instar *ἱκετοδόχος* conformasse. In libro quarto *αἰσχροκερδεῖς*, *αἰσχρεόμυθος*, *αἰσχρεορήμονας*. Displicent etiam *ἀκρατόωντι*, pro quo fortasse scribendum *ἀκρατέοντι*: tum *ἀπόλιστα*, dein *κακρμήτορες*, quod mirum ni scripsit *κακομήστορας*; adde *κτεανισμοὺς*, pro quo Schneider suadet scribendum *κτεατισμούς*; deinde *λογιστονόμοισι*, *κυρτιόωντας*, *ναβλιστοκτυπέας*, denique *ὀθνειοτύμβους*: in libro V. praeter *ἀπροφίδητον*, quod est suspiciosum, et *ἀσεβήϊον*, quod videlicet nove effictum est, nullum vocabulum reperitur compositum, quod iure reprehendi possit; fortasse etiam *ὑποβάσκανος* non sollicitandum fuit. In sexto nullum omnino huius generis vocabulum invenitur, quod offendat.

Quod si libros ipsos hoc nomine inter se comparabis, videbis, et ratione et numero vocabulorum id genus librum quartum maxime a ceteris differre. Nam in uno libro quarto nova vocabula multo plura, quam in ceteris libris cunctis continentur.

Operae pretium est, commemorare, in quibus Apotelesmaticorum libris vocabula Manethoniana eadem legantur. Plurima libris primo et quarto communia sunt, ut *ἀκτινηβολίη*, *ἐπανοίκτορας*, *λαιμοτόμου*, *λαμπραύγετις*, *λοξεύματα*, *μογοστοκίη*, *ναυσιβάτας*, *νυκτοπλανέας*, *ὀργιόωντας*, *πρωτάρχας*, *ῥαιστοτύποις*, *σφονδυλόεντα*. Cum libro secundo et quinto liber primus nullum eiusmodi vocabu-

lum commune habet, nisi *δυςγαμίην*. Porro communia sunt libro secundo *ἁβρόκομος* et *ἀνδροφονῆας* cum sexto, *δυςτεκνίην* et *καταντιπέρην* cum sexto et tertio, *δυςγαμίην* cum primo et quinto, *ἐνσινέας* et *προφήτορας* cum libro quarto: libro autem tertio *δυςτεκνίην* et *καταντιπέρην* cum libris I. et IV, *ἀπόκεντρος* cum libro V; dein libro quarto cum libro primo, secundo et tertio ea, quae paullo supra commemorata sunt; cum libro sexto *τεκνοσπόρον*, *πολυχρήμονας* et *λαοτόμους*; libro quinto cum primo et secundo *δυςγαμίην*, cum tertio *ἀποκέντρος*; sexto denique cum libro II. III. et IV. ea, quae modo diximus.

Nunc ex Apotelesmaticorum libris ea afferamus vocabula, quae a recentioribus tantummodo videntur usurpata esse; deinde, quae ab iisdem sunt frequentata; denique quorum usus a veterum consuetudine plus minusve discrepat. Persequemur autem hanc quoque rem ex nostro instituto per singulos Apotelesmat. libros. Atque ad primum genus pertinent:

In libro I: *ἀμετρόβιος. ἐπίκεντρος. ἐργοπόνος. κακοεργής. κατιθύς. κλῶσμα. κυανόχρωτος. λιποσαρκής. λιποφεγγής. μονόπους. ναυφθορίαι. νῖκος. πλησιφαής. πολύολβος. πρόμοιρος. προόντων. πυραυγής. σιδηρήεις. σκιοειδής. φαεςφόρος. φοιβητάς. φρενοβλαβέας. χαλκότυπος.*

In libr. II: *ἀπροτίοπτος. δμωάς. ἐσθλοδόται. θηροκτόνος. μεγακύδης. πανδερκής. πανέξοχοι. πλαστογράφος. πληροσέληνος. φαρμακίη.*

In libro III: *λιποφεγγής. ναυφθορίη. δυςάλυκτος. ἐσθλοδόται. ὁμόκοιτος. πασιφαής. πανδερκής. πενθάλεος. πρωτότροφος. ὑποδέρκομαι. ὑφηγητής. φαρμακόεν. φθορεύς. φιλόμαντις. πυρίγληνος.*

In libro IV: *ἀκροβολεῖν. ἑλιξοπόρος. ἑλικόδρομος. ἐναλλάγδην. ἔνσοφα. ἐπίκεντρα. ἐργοπόνους. ζωδιακή. ζωοτύπους. ἠερόπλαγκτος. θρονισμός. κακοεργέα. λαμπροφαής. νεωκορίησι. ὀξύχολος. οὐρανόπλαγκτον. πάνδουλος. πανεπίσκοπος. πυριλαμπής. πλάστειρα. πλαστογράφος. ποδαγροῦς. πουλυπλανής. προόντων. προςμαρτυρέω. πυρσοβόλος. πυρσοτόκος. σελαγίσματα. σιδηρήεντα. σκολιόδρομος. σπανάδελφος. ταλαντεύουσα. ὑδρόμαντις. φαεςφόρος. φιλόμοχθος.*

In libro V: *ἀκοῇσι. ἐπίκεντρα. παντοπαθής. πλησιφαής. πρόλαλος. σιτοδόται. χαρωπόν.*

In libro VI: *ἀτροφίη. ἐναλλάγδην. ἐριφεγγής. ἐσθλοδόται. λυσσήρης. νυκτιφαής. ὁμόγνητος. περιφεγγής. πολυστεφής. πουλυπόδης. σπανάδελφος.*

determinatione, ut I, 22. et 24. 43. et 45. 225. 344. III, 124. V, 43. 174. Quae ratio ut non satisfaciat ad excusandam recentiorum licentiam, quae extra terminos antiqua consuetudine sancitos evagata in his particulis turbaverit, a temeritate avocat mutandi. Illud autem putidum est, lapsus librariorum pro germana scriptura divendere. Jure igitur ἐθέλῃς correxerunt apud Nonn. L. XX, 218; recte apud Quint. I, 38. restituerunt ἐκπρέπῃ: apud Lycophronem v. 247. ῥοιβδήσῃ et 1054. αὐδήσωσιν: iure etiam apud Maxim. π. κατ. v. 179. et 337. et 340. coniunctivum revocarunt; itemque v. 532. scribendum συμφορέωντ'. Res omuino dubia est et iudicio circumscribenda. Nam si apud eundem scriptorem nulla scripturae varietate particula ex earum numero, de quibus nunc loquimur, antiquo more plerumque usurpata est; perpaucis autem locis ab antiqua loquendi consuetudine eiusdem particulae constructio plane discedit, his sordibus scriptorem liberare, aequum est: sin vero scriptorem fere ubique deprehendes barbare loquentem, emendatio eiusmodi rerum et suspiciosa est et ridicula. Itaque nos quidem hanc rationem secuti, ubi scripturam eam vidimus esse, qua scriptor non modo a veterum, sed etiam a sua discederet consuetudine, correximus, ut ἤν cum indicativo constructum, quod ne apud Agathiam quidem in Histor. ferendum arbitramur; ut ἤν κεν, quod recte damnatum est in Apollon. Argonauticis III, 404, etsi apud Theocritum non desunt, qui tueantur. Omnino commotos dissensione virorum summorum nos in hac re nonnihil fluctuasse fatemur.

Quod particulam εἰ attinet, scriptor in huius quoque particulae constructione iustos terminos videtur egressus esse. Iunxit enim cum ea praesentis quoque coniunctivum. Sed dignum est, quod animadvertatur, in libris Apotelesmaticorum paene eandem particulae εἰ cum coniunctivo construendi rationem servatam esse, quam exposuimus de ἤν cum optativo. Plerumque enim εἰ cum subiunctivo iunctum est, ubi determinationi constellationis cuiusdam aliud quid subiicitur, qua vis eius accuratius constituatur. Dein ubi optativus et coniunctivus alternis vicibus cum hac particula iuncti sunt, principalis determinatio optativo, id autem, quod ad vim eius aliquo modo immutandam accedit, coniunctivo expressum est: quae varietas modorum comparari potest cum ratione particularum ἤν et εἰ alterne positarum. Ad hanc

quasi normam omnes fere loci, qui in indice congesti sunt, revocari possunt: nec tamen sicubi modus verbi ab hac ratione discreparet, temere a scriptura discedere ausi sumus. Illud tamen restat, quod moneamus, *εἰ* cum coniunctivo in libro secundo bis legi uno loco: pluries in ceteris libris, praesertim in libro sexto: verum enim vero omnibus locis facillime scriptura ad veterum consuetudinem redigi potest. Haec hactenus.

Iam vero orationem transferamus ad eas, quae in Apotelesmaticis insunt, vocabulorum formas ab usu et more epicorum abhorrentes. Pertinent ad hoc genus prosariae formae verbi *εἰμὶ* simplicis compositique, quae, ut apud Maximum v. 272, 397, 548, sic in libris Apotelesmaticorum omnibus leguntur. Sed praestare licet, plerisque locis facili eas posse emendatione ad morem epicorum revocari.

L. I, v. 22. 66, lege *ὅτ' ἔωσιν.* v. 57, fortasse scribendum *ἀπόστροφ' ἴωσιν.* v. 235, lege *ἢν δὲ Κρόνου καὶ Ἄρηος ἔῃ μέσση Ἀφροδίτη.* 26. lege *κέντροις παρεών.* Item v. 27. 75, lege *κέντροις ἐπεών.* v. 78. *τῷ συνέῃ.* 271. *Ἄρῃ συνέῃ* v. 296. *Κυθέρῃ συνέῃ.*

L. II, v. 397. pro *παρόντες* fortasse legendum *ὁρίοις τ' ἐπεόντες* et v. 426. deleto *δὲ* scribendum *συνεοῦσ'.*

L. III, v. 234. et 315. vix potest *συνὼν* probabili emendatione tolli: altero tamen loco fortasse scribendum: *σὺν Ζηνὶ Κρόνος αἰπὺς* sc. *ὢν* aut *Ζηνὶ σὺν αἰπὺς ἐὼν Κρόνος ἢ ἐσορῶν τετράγ.* Nec 277. et 287. potest emendari, nisi *δὲ* delendo. At v. 386. lege *ζῴοις ἐπεόντων.*

L. IV, v. 126. pro *ἤν* iam repositum est *ἦν.* v. 148, lege *Κυθέρῃ συνέῃ.* At vv. 193. 407. et 625. satius est, omni emendandi conatu abstinere.

L. V. 142. corrigendum *ἔῃ.* v. 320, corrige *ζῴοις εἰ ἔῃ* sive *ἔοι.* At v. 261. tolli nequit.

L. VI, v. 129, scribe *Ἑρμείῃ συνεών.* v. 516. *ἢ συνεών.* v. 513. *τούτοις συνέῃ.* v. 360. *στερεοῖς ἐπεόντες.* v. 367. *φαίνων τ' ἐπεόντες.* v. 529. *Φαίνων καὶ Ἄρης κέντρῳ ἐπέωσιν.* v. 234. *εὖτ' ἐπέωσιν.* Restat v. 372., ubi fortasse *μὲν* eiecto reponi potest *ἐπεόντος.*

Itaque etsi haec recentioris aetatis nota omnino his libris abstergi nequit, est tamen aequitatis, luxuriem tam malae herbae compescere, ubicumque illam secordia librariorum satam esse apparet.

Τιτὰν, quamquam Joh. Henr. Vossius hanc formam in

